

Matheseos et Geometriae Dis-

# M A T H E S E O S E T G E O M E T R I A E D I- V I S I O.

**M**athematicæ disciplinæ, quæ om-  
nes circa quantitatem versantur,  
nomen acceperunt à Græca di-  
ctione μάθημα seu μάθησις, quæ  
disciplinam, & doctrinam significat; eò  
quod tum gradatim ascendendo docean-  
tur, & addiscantur; tum solæ semper ex præ-  
cognitis quibusdam, concessis, & probatis,  
principijs. (Haud ex hypothesibus nondum  
explicatis) ad conclusiones demonstrandas,  
quod proprium est doctrinarum & disci-  
plinarum officium, teste Aristotele libr. I.  
Poster. procedant.

Pythagoras, & Mathematici vniuersas  
Mathematicas disciplinas in quatuor partes  
principes distribuunt, nempe in Arithmeti-  
cam, Musicam, Geometriam, & Astro-  
nomiam. Cùm enim omnis quantitas, circa  
quam hæ disciplinæ versantur, sit vel discre-  
ta, sub qua omnes numeri continentur; vel  
continua, sub qua omnes magnitudines  
comprehenduntur; & utraque tam secun-